nes terre. [redacted] loria patri et filio: et spiritui sãcto.
[redacted] icut erat in prin. &c. [redacted] Psalmus.
[redacted] Enedicite omnia opera domini dño: lau-
date et superexaltate eũ in secula. [redacted] ndi-

cite angeli domini domino: benedicite celi domi-
no. [redacted] enedicite aque omnes que super celos sūt
domino: benedicite omnes virtutes domini do-
mino. [redacted] enedicite sol et luna domino: benedici-
te stelle celi domino. [redacted] enedicite ymber et ros
domino: benedicite omnis spiritus dei domino.
[redacted] enedicite ignis et estus domio: beneditite fri-
gus et estas domino. [redacted] enedicite rores et prui-
na domino: benedicite gelu et frigus domi-
no. [redacted] enedicite glacies et nives domino: benedi-
cite noctes et dies domino. [redacted] enedicite lux et te-
nebre domino: benedicite fulgura et nubes domi-
no. [redacted] enedicat terra dominum: laudet et super
exaltet eum in secula. [redacted] enedicite montes et col-
les domino: benedicite universa germinantia in
terra domino. [redacted] enedicite fontes domino: bene-
dicite maria et flumina domino. [redacted] enedicite ce-
te et omnia que moventur in aquis domino: be-
nedicite omnes volucres celi domino. [redacted] enedi-
cite omnes bestie et pecora domino: benedicite fi-
lii hominum domino. [redacted] enedicat israel dominū
laudet et superexaltet eum in secula. [redacted] ñdicite
sacerdotes domini domino: benedicite servi do-
mini domino. [redacted] enedicite spiritus et anime iu-
storum domino: benedicite sancti et humiles cor-
de domino. [redacted] enedicite anania azaria misael do-
mino: laudate et superexaltete eū in secula. [redacted] e-
nedicamus patrem et filium cum sancto spiritu
laudemꝰ et supexaltemꝰ eū in secula. [redacted] ñdictꝰ
es domine in firmamento celi laudabilis et glo

vidi sub alta
re dei aias in
tefectorum.

vsqꝫ quo dñe san
ctꝰ et verꝰ non
iudicas san

riosus et superexaltatus in secula. Psalmus.
[L]audate dominum de celis laudate eum in
excelsis. [L]audate eũ oẽs angeli ei⁹: lau
date eum omnes virtutes eius. [L]audate eum
sol et luna: laudate eum omes stelle et lumen.
[L]audate eum celi celorum: et aque que super
celos sunt laudent nomen domini. [Q]uia ipse
dixit et facta sunt ipse mandauit et creata sunt.
Statuit ea ineternum et in seculum seculi: p̃
ceptum posuit et non preteribit. [L]audate do
minũ de terra trachones et omẽs abyssi. [I]gnis
grando nix glacies spiritus procellarum: que fa
ciunt verbum eius. [M]ontes et omnes colles li
gna fructifera et omnes cedri. [B]estie et vniuer
sa pecora: serpentes et volucres pennate. [R]e
ges terre et omnes populi: principes & omnes iu
dices terre. [I]uuenes & virgines senes cum iu
nioribus laudent nomen domini quia exaltatũ
est nomen eius solius. [C]onfessio eius super ce
lũ et terrã: et exaltauit cornu populi sui. [H]ym
nus omnibus sanctis eius: filiis israel populo
appropinquanti sibi. Psalmus.
Cantate domino canticum nouum: laus
eius in ecclesia sanctorum. [L]etetur isra
el i eo qui fecit eum et filie syon exultent in rege
suo. [L]audẽt nomen eius in choro in tympano
et psalterio psallant ei. [Q]uia beneplacitum est
domino in populo suo: et exaltauit mansuetos
in salutem. [E]xultabunt sancti in gloria: leta
buntur in cubilibus suis. [E]xultationes dei i

Sol fact⁹ est niger tāq̃ sa cus cilicin⁹.

Vidi āgelũ a scēdētē ab ortu solis: hñtē signũ dei viui



gutture eorum: et gladii ancipites in manibus
eorum. d faciendam vindictam in nationi-
bus: increpationes in populis. d alligandos
reges eorum in compedibus: et nobiles eorum i
manicis ferreis. t faciant in eis iudicium cō-
scriptū gloria hec est oib⁹ sanctis eius. Psalmus
Audate dominum in sanctis eius: lauda
te eū in firmamēto virtutis eius. auda
te eum in virtutibus eius: laudate eum secun-
dum multitudinem magnitudinis eius. au
date eum in sono tube: laudate eum in psalterio
et cythara. audate eum in tympano et choro
laudate eum in cordis et organo. audate eū
in cymbalis benesonātib⁹ laudate eum in cym-
balis iubilationis omnis spiritus laudet domi
num. loria patri. icut erat. ān. O admira
bile commercium creator generis humani ani-
matum corpus sumens de virgine nasci digna-
tus est et procedens homo sine semine largit⁹ est
nobis suam deitatem. Capitulum.
Aria virgo semper letare q̄ meruisti chri-
stum portare celi et terre conditorem quia
de tuo vtero protulisti mundi saluatorem. Deo
gratias. Hymnus.
Gloriosa femina excelsa supra sydera: qui
te creauit puide lactasti sacro vbere. uod
eua tristis abstulit tu reddis almo germine in-
trēt vt astra flebiles celi fenestra fctā es. u re
gis alti ianua et porta lucis fulgida vitam da-
tam per virginem gentes redempte plaudite.





Vidi. iiii. an
gelos stātes
sup. iiii. āgu.



nolite nocere
terre neq̄ mari
neq̄ arborib⁹

[redacted] loria tibi domine qui natus es de virgine cũ
patre et sancto spiritu in sempiterna secula amē
V. Elegit eam deus et preelegit eam. R. Et ha
bitare facit eam in tabernaculo suo. Antiphona
O gloriosa [redacted] Psalmus.
[redacted] Enedictus dominus deus israel quia vi
sitauit et fecit redemptionem plebis sue.
[redacted] t erexit cornu salutis nobis: in domo dauid
pueri sui. [redacted] icut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophetarum eius. [redacted] alutem ex
inimicis nostris ⁊ de manu omnium qui oderūt
nos. [redacted] d faciendam misericordiam cum patri
bus nostris: et memorari testamenti sui sancti.
[redacted] usiurandum quod iurauit ad abraham pa
trem nostrum daturum se nobis. [redacted] t sine timo
re de manu inimicorum nostrorum liberati ser
uiamus illi. [redacted] n sanctitate et iusticia coram
ipso omnibus diebus nris. [redacted] t tu puer ppheta al
tissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domi
ni parare vias eius. [redacted] d dandā scientiam salu
tis plebi eius: in remissionem peccatorū eorum.
[redacted] er viscera misericordie dei nostri: in quibus
visitauit nos oriens ex alto. [redacted] lluminare his
qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedēt: ad diri
gendos pedes nostros in viam pacis. [redacted] loria
patri et filio: et spiritui sancto. [redacted] icut erat i pri
cipio et nunc et semper: et in secula seculorū amē
Ant. O gloriosa dei genitrix virgo semper maria
que dominum omnium meruisti portare et regē
angelorū sola virgo lactare: nostri q̄s pia mēorare

Vidi. vii. angelos stātes i cōspectu dei.

a p nobis dn̄m depcare vt tuis fulti patrociniis
ad celestia regna mereamur puenire. ℣. Ostēde
nobis dn̄e miaʒ tuaʒ. Et salutare tuū da nobis.
Oncede nos famulos tuos quesumus do
mine deus perpetua mentis et corporis sa=
lute gaudere: et gloriosa beate marie semper vir
ginis intercessione a presenti liberari tristicia et
eterna perfrui leticia. Per christum dominum
nostrum. Amen. Benedicamus domino. Deo
gratias. an̄. Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in eis ignem accen
de. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟.
Et renouabis faciem terre. Oremus.
Eus qui corda fidelium sanctispirit⁹ illu=
stratione docuisti da nobis in eodem spiri
tu recta sapere et de ei⁹ sp cōsolatione gaudere.
Libera nos/ salua nos/ iustifica nos/ o beata tri
nitas. ℣ Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex
hoc nunc et vsqʒ in seculu. r. Oremus.
Mnipotens sempiterne de⁹ qui dedisti fa=
mulis tuis in confessione vere fidei eterne
trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia ma
iestatis adorare vnitatem: quesumus: vt eiusdē
fidei firmitate ab omnibus semper muniamur
aduersis. Qui viuis et regnas. an̄. Nos au
tem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu
christi. ℣. Omnis terra adoret te deus et psallat
tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo. Oremus.
Eus qui sanctam crucem ascendisti et mū
di tenebras illuminasti: tu corda ⁊ corpora

Qrt⁹ āgel⁹ tu=
ba cecinit ⁊ p
cussa est. ⁊c.

Scd⁹ āgel⁹ tu=
ba cecinit ⁊ te=
tia ps nauiū i=
terijt. ap. viii

nostra per virtutē sancte crucis illuminare visitare et confortare dignare. Qui viuis. ⁊c. an.

Michael archangele veni in adiutorium populo dei. ℣. In conspectu angelorū psallā tibi deus me⁹. ℟. Adorabo ad templū sanctum tuū et confitebor nomini tuo. Oremus.

Eus qui miro ordine angelorū ministeria hominū q3 dispensas: concede propicius vt quibus tibi ministrantib⁹ in celo semper assistitur: ab his in terra vita nr̄a muniatur. Per. an. Inter natos mulierū non surrexit maior iohānes baptista. ℣. Fuit homo miss⁹ a deo. ℟. Cui nomē erat iohānes. Oremus.

Erpetuis nos domine sācti iohānis baptiste tuere presidiis ⁊ quāto fragiliores sum⁹ tāto magis necessariis attolle suffragiis. Per.

De sanctis petro ⁊ paulo. an

Petrus apostolus et paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt legē tuam domine. ℣. In omnem terrā exiuit sonus eorū. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Eus cuius dextera beatū petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulum tertio naufragantē de profundo pellagi liberauit: exaudi nos propici⁹: et cōcede: vt amborū meritis eternitatis gloriam cōsequamur. Per dominum.

De sancto andrea. ān.

Andreas christi famulus dignus deo apostolus germanus petri et in passione socius. ℣. Di

lexit andreā dn̄s. ℟. In odore suauitatis. Oro.

Maiestatem tuā dn̄e suppliciter exoram⁹: vt sicut ecclesie tue beatus andreas apl̄s extitit p̄dicator ꝛ rector: ita apud te sit ꝓ nobis i tercessor. Per.

De sctō iohāne euāgelista. ā.

Iste est iohānes qui supra pect⁹ dn̄i i cena recubuit: btūs apl̄s cui reuelata sunt secreta celestia. ℣. Valde honorādus est beat⁹ iohānes euāgelista. Qui supra pect⁹ dn̄i i cena recubuit. orō

Ecclesiā tuā q̄s dn̄e benignus illustra: vt beati iohānis apl̄i tui ꝛ euāgeliste illuminata doctrinis ad dona ꝑueniat sempiterna. ꝑ.

De sancto laurentio. āN.

Leuita laurenti⁹ bonū op⁹ operatus est: qui per signū sancte crucis cecos illuminauit. ℣ Dispersit dedit pauperib⁹. ℟. Iusticia eius manet in seculum seculi. Oremus.

Da nobis q̄s om̄s deus viciorū nostrorū flāmas extinguere: qui beato laurētio martyri tuo tribuisti tormentorum suoꝝ incendia superare. Per.

De sancto stephano.

Stephan⁹ vidit celos apertos vidit ꝛ introiuit: btūs hō cui celi patebūt. ℣. Gloria et honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eū super opera manuum tuarum. Oremus.

Da nobis quesumus domie imitari quod colimus vt discamus et inimicos diligere: quia eius commemorationem celebramus: q̄ nouit etiam pro persecutoribus suis exorare dominum nostrum iesum christum. ꝛc.



De sancto thoma. an.

Tu per thome sanguinem quem pro te impendit fac nos christe scandere quem thomas ascendit. V. Gloria et honore coronasti eum domine. R. Et cõstituisti eum super opera manuũ tuarum.

Eus pro cuius ecclesia gloriosus martyr et pontifex thomas gladiis impiorũ occubuit: presta quesumus: vt omnes qui eius implorant auxilium: pie petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per dominum nostrum iesum christum. etc.



De sancto nicolao. aña.

Beatus nicolaus adhuc puerulus multo ieiunio macerabat corpus. V. Ora pro nobis beate nicolae. R. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oremus.

Eus qui beatum nicolaum pontificẽ tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus: vt eius meritis et precibus a gehenne incendiis liberemur. Per.



De sancta maria magdalena. aña.

Maria ergo vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis: et domus impleta est ex odore vnguẽti. V. Dimissa sunt ei peccata multa. R. Quoniam dilexit multum. Oremus.

Argire nobis clemẽtissime pater quod sicut beata maria magdalena vnigenitũ tuũ sup oĩa diligẽdo suorum obtinuit veniã peccaminum ita nobis apud tuã miam ĩpetret beatitudinẽ. Per.

De sancta katherina. ãn



Virgo sancta Katherina grecie gemma vrbe alexandrina costi regis erat filia. v. Ora pro nobis beata Katherina. Rm. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriose virginis et martyris tue Katherie corpus in montem sinai ab angelis deferri iussisti: concede propicius: vt eius obtentu nos ad arcē virtutum prouehi vbi visionis tue claritatē mereamur intueri. Per. &c.

De sancta margareta. aña.

Erat autem margareta annorum quindecim cum ab impio olibrio traderetur in carcerem. v. Specie tua et pulchritudine tue. Rm. Intende prospere procede et regna. Oremus.

Deus qui beatam virginem margaretam ad celos per martyrii palmam venire fecisti: concede quesumus: vt eius exempla sequētes ad te pertingere mereamur. Per christuz dominum nostrum. Amen.

De omnibus apostolis. aña.

Dum steteritis ante reges et presides nolite cogitare qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in hora quid loquamini. v. In omnem terram exiuit sonus eorum. Rm. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus vt sicut apostolorum tuorum. N. et. N. iugiter commemorationem agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro no-







bis exorent. Per christum dominū nostrū. Amē.

De omnibus sanctis. aña.

Omnes sancti et electi dei nostri memorami ni ante deum: Ut vestris precibus adiuti merea mur vobis adiungi. vs. Letamini in domino ꝛ exultate iusti. Rm. Et gloriamini omnes recti corde.

Oremus.

Omnium sanctorum tuorum quesum⁹ domine intercessione placatus ꝛ veniam nobis delictorum tribue: et remedia sempiterna cōcede. Per christum dominum nostrum. Amen.

Pro pace Antiphona.

Da pacē domine in diebus nostris quia nō est alius qui pugnet pro nobis: nisi tu deus noster. v. Fiat pax in virtute tua. R. Et abundātia in turribus tuis.

Oremus.

Deus a quo sancta desideria, recta cōsilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: Ut et corda nostra mandatis tuis dedita: et hostium sublata formidine tempora: sint tua protectione trāquilla. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum: qui tecum viuit et regnat ī vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen. Benedicamus domino. Deo gratias.

De sancta cruce.






Atris sapientia veritas diuina. Deus homo captus est hora matutina. A notis discipulis cito derelictus. A iudeis traditus venditus afflictus. ān. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

Domine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animas nostras nunc et in hora mortis nostre: et largiri digneris viuis misericordiam et gratiam defunctis veniam et requiem: ecclesie tue pacem et concordiam: et nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui viuis. Gloriosa passio dñi nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi et perducat nos ad gaudia paradisi.

Atris cor virgineum [illegible] tenuit. Quando suum filium nocte captum sciuit. Ductum ad pretorium mane eum audiuit. Frequens dans suspirium sepe singultiuit. ān. Te laudamus et rogamus mater iesu christi. Ut intendas et defendas nos a morte tristi. Oremus.

Domine sancte iesu fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortem in cruce tolerasti: fac nobiscū misericordiam tuā: et da nobis et cunctis cōpassionē tue sanctissime matris deuote recolētibus eius amore huius vitā in psenti gratiosam et tua pietate gloriā in futuro sempiternā. Qui cum patre viuis et regnas deus per. [illegible] sissime dei matris perducat nos ad gaudia [illegible] patrie. Amen. Ad primam.

cum loquetur inimicis suis in porta. loria pa
tri et filio. icut erat in principio. Psalmus.
eati omnes qui timent dominum: qui am
bulant in viis eius. abores manuum
tuarum quia manducabis: beatus es et bene ti
bi erit. xor tua sicut vitis abundans in late
ribus domus tue. ilii tui sicut novelle oliva
rum: in circuitu mense tue. cce sic benedice
tur homo qui timet dominum. enedicat tibi
dominus ex syon: et videas bona hierusalē om
nibus diebus vite tue. t videas filios filio
rum tuorum pacem super israel. loria patri
et filio: et spiritui sancto. icut erat in princi
pio et nunc et semper et in secula seculorū. Amē.
ān. Germinavit radix iesse orta est stella ex ia
cob virgo peperit salvatorem te laudamus de⁹
noster. Capitulum.
T radicaui i populo honorificato: ⁊ i ptes
dei mei hereditas illius et in plenitudine
sanctorum detentio mea. Deo gratias. ℟. Spe
ciosa facta es et suavis. Speciosa. ℣. In deliciis
tuis sancta dei genitrix. Et suavis. Gloria pa
tri. Speciosa. ℣. Dignare me laudare te virgo
sacrata. ℟. Da michi virtutē contra hostes tu
os. Domine exaudi. Et clamor meus. Oratio.
oncede nos famulos tuos que sumus do
mine deus perpetua mentis et corporis sa
lute gaudere: et gloriosa beate marie semper vir
ginis intercessione a presenti liberari tristicia: ⁊
eterna perfrui leticia. Per.





Affligebat cos tātū vt expro.



Vade i pace de⁹ isrl' dabit tibi ⁊c



Hora nona domin⁹ iesus ex-
pirauit. Hely clamans ani-
mam patri commendauit. Latus
eius lancea miles perforauit. Ter
ra tunc contremuit et sol obscura-
uit. ān. Adoramus te christe et be-
nedicimus tibi. quia per sanctam
crucem tuam redemisti mundum
Domine iesu christe fili dei viui pone passionē
crucem et mortem tuam. Ut supra.
Gloriosa passio domini nostri iesu christi eru
at nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia
paradisi. Amen.

Hora nona flebiles cernit expirantem. Pa
tri dando spiritum eloy clamantem. Mili
tem cum lancea latus perforantez. Cadit tunc
in extasim dolor sternit stantem. ān. Te lauda-
mus et rogamus mater iesu christi. Ut itendas
et defendas nos a morte tristi. Oremus.
Domine sancte iesu fili dulcis virginis marie
qui pro nobis mortem. Ut supra.
Tremosa compassio dulcissime dei matris:
perducat nos ad gaudia summi patris. Amen.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad vesperas.





Cōcepit āna ⁊ peperit filiam



⁊ adduxit cā ad domū dn̄i in sy



















Quo opabat ma. arte text.



Cu eet despõsata ma. iesu.



Eus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat i principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. Allesuya. ãn. Post partum virgo. Psalmi. Letatus sum. Ad te leuaui. Nisi quia dominus. Qui confidunt in domio. In conuertendo dominus. Ut supra. ãn. Post partũ virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Capitulum.

Beata es maria que dominum portasti creatorem mundi genuisti qui te fecit, z ineternum permanes virgo. Deo gratias. Hymn⁹.

Ave maris stella dei mater alma: atqz semper virgo felix celi porta. Sumens illud aue gabrielis ore: funda nos in pace mutans nomen eue. Solue vincla reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te preces: qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos: mites fac et castos. Vitam presta puram iter para tutuz ut videtes iesum semper colletemur. Sit laus deo patri summo christo dec⁹: spiritui sancto trinus honor vnus. Amen. v. Diffusa est gratia i labiis tuis. R. Propterea benedixit te deus ineternum. ãn. Sancta maria.

Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo



uia respexit humilitatē ancille sue ecce eni ex hoc beatā me dicent om̄es generationes. fecit michi magna qui potens est: et sanctuz nomen eius. t misericordia eius a progenie i progenies timentibus eum. ecit potentiam i brachio suo: dispersit superbos mēte cordis sui. posuit potentes de sede: et exaltauit humiles. surientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. uscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eius in secula. loria patri. aña. Sancta maria succurre miseris iuua pusillanimes refoue flebiles ora pro populo interueni pro clero/intercede pro deuoto femineo sexu. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oncede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis salute gaudere: et gloriosa beate marie semp virginis itercessione a presenti liberari tristicia: et eterna perfrui leticia Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.





Miss⁹ ē gabriel angel⁹ a deo i ciuitatē galilee



Joseph noli timere accipere mariā in coiu

E cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subiit vite medicia. Heu corona glorie iacuit supina. añ. Adoramus te christe. Oratio. omine iesu christe fili dei viui pone passionē crucem tuam ⁊ mortem tuam. ⁊c.





Gloriosa passio domini nostri iesu christi eruat nos a dolore tristi: et perducat nos ad gaudia paradisi. Amen.



De cruce depositum hora vesperarum. Mater cum aspiceret eius natum carū. Osculans amplectitur pignus celi clarum. Corpus eius madidat stillis lachrymarū. ān. Te laudamus et rogamus mater iesu christi. Ut itendas et defendas nos a morte tristi. Oremus.

Domine sancte iesu fili dulcis virginis marie qui pro nobis mortem in cruce tolerasti fac nobiscum misericordiam tuam et da nobis et cunctis compassionem tue sanctissime matris deuote recolentibus eius amore huius vitam in presenti gratiosam. et tua pietate gloriam in futuro sempiternam. In qua viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

exurges ioseph a sono: accepit coniugem suā



Tremosa compassio dulcissime dei matris: perducat nos ad gaudia summi patris. Amen. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad completorium.

Peperit filiū suum primogenitū et pānis cū inuol.











Postq̄ consūmati sunt dies octo. ⁊c.



Ubi ē q̄ natus ē rex iudeorū.



[redacted] Onuerte nos deus salutaris noster. [redacted] t
auerte iram tuam a nobis. [redacted] eus in ad-
iutorium meum intende. [redacted] omine ad adiuuā-
dum me festina. [redacted] loria patri et filio: ⁊ spiritui
sancto. [redacted] icut erat in principio et nunc et semp
et in secula seculorum. Amen. aña. Cum iocun
ditate. [redacted] Psalmus.
[redacted] squequo domine obliuisceris me in finē
Usquequo auertis faciem tuā a me. [redacted] uā
diu ponam consilia in anima mea: dolorem in
corde meo per diem. [redacted] squequo exaltabitur ini
micus meus super me: respice et exaudi me do-
mine deus meꝰ. [redacted] llumina oculos meos ne un
q̄ obdormiam in morte: nequā̄do dicat inimicꝰ
meus preualui aduersus eum. [redacted] ui tribulant
me exultabunt si motus fuero: ego autem in mi
sericordia tua speraui. [redacted] xultabit cor meuz in
salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit
michi et psallam nomini domini altissimi. [redacted] lo
ria patri et filio: et spiritui sancto. [redacted] icut erat
in principio et nunc et semper: et in secula secu-
lorum. Amen. [redacted] Psalmus.
[redacted] Udica me deus et discerne causam meam
de gente non sancta: ab homine iniquo et
doloso erue me. [redacted] uia tu es deꝰ fortitudo mea:
quare me repulisti et quare tristis incedo dum
affligit me inimicꝰ. [redacted] mitte lucē tuā ⁊ vitatē tuā
ipa me deduxerunt ⁊ adduxerūt in montez san
ctum tuum et in tabernacula tua. [redacted] t introi-
bo ad altare dei ad deum qui letificat iuuentu-



tem meam. [redacted] onfitebor tibi in cythara deus de
us meus quare tristis es anima mea : et quare
conturbas me. [redacted] pera in deo quoniam adhuc
confitebor illi salutare vultus mei et deus meꝰ.
[redacted] loria patri et filio: et spiritui sancto. [redacted] icut
erat in principio et nunc et semper : et in secula
seculorum. Amen. [redacted] Psalmus.
[redacted] Epe expugnauerũt me a iuuentute mea:
[redacted] dicat nunc israel. [redacted] epe expugnauerunt
me a iuuentute mea : etenim non potuerunt mi
chi. [redacted] upra dorsum meum fabricauerunt pecca
tores prolonguauerunt iniquitatem suam. [redacted] o
minus iustus concidet ceruices peccatorum : cõ
fundantur ⁊ conuertantur retrorsum om̄es qui
oderunt syon. [redacted] iant sicut fenum tectorũ quod
priusq̃ euellatur exaruit [redacted] e quo non impleuit
manum suam qui metet et signum suum q̃ ma-
nipulos colliget. [redacted] t non dixerũt qui preteribãt
benedictio domini super vos: benediximus vo-
bis in nomine domini. [redacted] loria patri et filio ⁊ spi
ritui sancto. [redacted] icut erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum. Amen. Psalmꝰ.
[redacted] Omine non est exaltatum cor meũ: neq̃
[redacted] elati sunt oculi mei. [redacted] eq̃ ambulaui ĩ ma
gnis: neq̃ in mirabilibus super me. [redacted] i nõ hu-
militer sentiebam: sed exaltaui animam meam
[redacted] icut ablactatus est super matre sua: ita retri
butio in anima mea. [redacted] peret israel in domino:
ex hoc nunc et vsq̃ in seculum. [redacted] loria patri et
filio et spiritui sancto. [redacted] icut erat in prin. ⁊c.

vox i rama plo-
ratus et vlulatꝰ

ipse cõfriget si
mulachra eor

ān. Cum iocunditate memoriaꝫ beate marie celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum iesum christum. Capitulum.

Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suauitatem odoris. Deo gratias. Hymnus.

Virgo singularis inter omnes mitis: nos culpis solutos mites fac et castos. Vitaꝫ presta puram iter para tutum: ut videntes iesu semper colletemur. Sit laus deo patri summo christo decus: spiritui sancto trinus honor unus Amen. ℣. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟. Et habitare facit eam in tabernaculo suo. Aña Glorificamus te. Psalmus.

Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuū. Quod parasti ante faciem omnium populorū. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue israel. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: ⁊ in secula seculorū: Amē. ān. Glorificamus te dei genitrix quia ex te natus est christus salua omnes qui te glorificant. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Gratiam tuam quesumus domine mentibus nostris infunde: ut q angelo nunciante christi filii tui incarnationem cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriaꝫ perducamur. Per dominum nostrum ⁊c.

stupebāt autē oēs sup prudē

Nuptie fcē sūt i chana galil·



Ora cōpletorii datur sepulture. Corpus xp̄i nobile spes vite future. Coditur aromate complentur scripture. Jugis sit memoria mors hec michi cure [illegible]as horas canonicas cū deuotione. Tibi xp̄e recolo pia ratione. Ut sicut tu passus es penas in agone Sic labori cōsonās consors sim corone. an̄. Adoramus te. Dn̄e. [illegible]omine iesu xp̄e: Ut supra.



Baptizat⁹ autē iesus cōfestim ascendit de aqua.

Ora completorii mater properatur. Ut suggeret filiū vbi tumulatur. Nec vult hic recedere: sed ibi moratur. Usqz dū ad filiū tandē exaltatur. Ergo mater miseris miserere mitis Pro quibus cōpateris presso botro vitis. Nos a peste funeris salua fuga ditis. Et nos iunge ceteris vita redimitis. an̄. Te laudamus et roga. Oratio. Domine sancte fili dulcis. Ut supra.

Salue regina mi̅e vita dulcedo et spes nr̄a salue. Ad te clamam⁹ exules filii eue. Ad te suspiramus gemētes et flentes in hac lachrymarū valle. Eya ergo aduocata nr̄a illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. Et iesum benedictū fructū ventris tui nobis post hoc exiliū ostende. O clemēs. O pia. O dulcis maria. Virgo mater ecclesie eterna porta glorie esto nobis refugiū apud patrē et filiuz. O clemens. Virgo clemēs: virgo pia: virgo dulcis o maria exaudi preces oīm ad te pie clamātiū. O pia. Funde preces tuo nato crucifixo vulnerato et p̄ nobis flagellato spinis pūcto felle potato. O dulcis. Gloriosa dei mater cuius natus extat pater ora pro



Et accedens te. dixit ei. Si fili⁹. te





Ingressus templuꝫ cepit eiicere vendẽtes et emẽtes



Miserere mei fili david: filia mea



nobis omnibus qui tuam memoriam agimus. O maria dele culpas miseroꝝ terge sordes peccatorum dona nobis beatorum vitam tuis precibus. O mitis ut nos saluet a peccatis ꝑ amore tue matris/ et ad regnuꝫ claritatis nos ducat rex pietatis. O clemens. O pia. O dulcis. O mitis maria salue. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriose virginis et matris marie corpus ⁊ animã ut dignum filii tui habitaculuꝫ effici mereretur spiritu sancto cooperante mirabiliter preparasti da ut cuius commemoratione letamur: eius pia intercessione ab instantibus malis et a morte ꝑpetua liberemur. Per eundem christum dominũ nostrum. Amen.

Salutatio ad beatam virginem Mariam.

Gaude virgo mater christi: que per aurem concepisti gabriele nuncio. Gaude quia deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio. Gaude quia tui nati quem videbas morteꝫ pati fulget resurrectio. Gaude christo ascendente et in celum te videre motu fertur proprio. Gaude que post ipsũ scandis et est honor tibi grãdis in celis palatio. Ubi fructus ventris tui ꝑ te nobis detur frui in perenni gaudio. ℣. Benedicta es a filio tuo domina. ℟. Quia per te fructum vite communicauimus.

Oremus.

Eus qui beatissimam virginem mariam
in conceptu et partu virginitate seruata
duplici gaudio letificasti: quiqz eiꝰ gaudia filio
tuo resurgente et ad celos ascendente multipli-
casti: presta quesumus: Ut ad illud inffabile gau-
dium quo assumpta tecum gaudet in celo eius
meritis et intercessione valeamus peruenire. p.

aude flore virginali honoreqz speciali trā-
scendens splendiferum angelorum princi-
patum ⁊ sanctorum decoratuz dignitate nume-
rum. aude sponsa cara dei nam ut clara lux
diei solis datur lumine. Sic tu facis orbez vere
tue pacis resplendere lucis plenitudine. au-
de splendēs vas virtutum cuius pendens est ad
nutum tota celi curia. Te begninam et felicem
iesu dignā genitricē veneratur in gloria. aude
nexu caritatis et amplexu dignitatis iucta sis
altissimo ut ad votū consequaris quicquid vir-
go postularis a iesu dulcissimo. aude mater
miserorum quia pater seculorum dabit te colen-
tibus congruentem hic mercedem et felicem po-
li sedem regnis in celestibus. aude virgo ma-
ter christi tu que sola meruisti o virgo piissima
esse tante dignitatis ut sis sancte trinitatis ses-
sione proxima. aude virgo mater pura cer-
ta manens et secura ꝙ hec septem gaudia nō ces-
sabunt nec decressent sed durabunt et florescent
per eterna secula. pōsa sancta et humilis vir-
go pulcherrima maria mater dei ṽgo electa esto
michi via recta ad eterna gaudia: ubi pax est et

Dñe si vis potes me mūda.

Et p̄teriēs iesꝰ vidit hoīē





Resplēduit' fa
cies eius sicut



sol: ⁊ vestimē
ta ei⁹ facta ⁊c



gloria: et me semper aure pia dulcis exaudi maria. Amen. ℣. Exaltata est sancta dei genitrix ℟. Super choros angelorum ad celestia regna.

ulcissime domine iesu christe fili dei vivi qui beatissimam gloriosissimam humilem benignam et pulcherrimam virginem mariam matrem tuam piissimam perpetuis et felicibus gaudiis tecum in celo coronatam letificasti concede propicius: ut eius meritis gloriosis et precibus continuis salutem ⁊ prosperitatem mentis et corporis cum gaudio alacritate et abundātia omnium bonorum spiritualium et corporalium cōsequamur in hoc seculo: pie iuste benigne vivamus: et post transitum hui⁹ seculi ad gaudia eterna feliciter pervenire valeamus. Per.

e profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam. iāt aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. i inquitates observaveris domine: domine quis sustinebit. uia apud te propiciatio est et propter legem tuam sustinui te domine. ustinuit anima mea in verbo ei⁹: speravit anima mea in domino. custodia matutina usq₃ ad noctē speret israel in domino. uia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. t ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue domie aīas

corum. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Domine exaudi orationem meaz. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Absolue q̄s domīe animas famulorum famularumqz tuarum ab omni vinculo dilictorum vt in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitati respirent. Et anime omnium fidelium defunctoruz per misericordiam iesu christi in pace requiescant. Amen.

God haue mercy on all cristen soules. ān. God saue the kyng & bryng vs the blysse that neuer shal haue ending. Amen.

Intemerata et ineternum benedicta singularis et incōparabilis virgo dei gēitrix maria gratissimum dei templum spiritussancti sacrarium ianua regni celorum per quam post deum totus viuit orbis terrarum. Inclina mater misericordie aures tue pietatis indignis supplicationibus meis: et esto michi miserrimo peccatori pia in omnibus auxiliatrix O iohannes beatissime christi familiaris amice qui ab codez domino nostro iesu christo virgo es electus et inter ceteros magis dilect⁹ atqz misteriis celestibus vltra omnes imbutus apostolus eius & euāgelista factus es preclarissimus. Te etiam inuoco cum maria matre eiusdem saluatoris nostri: vt michi opez tuam cum ipsa conferre digneris O due gēme celestes maria et iohannes O duo luminaria diuinitus añ deū lucentia vestris radiis scelerū meorum effugate nubila. Uos ei estis





accedētes pharisei īterroga.



Uenit mulier de samaria &c



illi duo in quibus deus pater per filium suu spe-
cialiter edificauit sibi domum. Et in quibus ip-
se filius dei ob sincerissime virginitatis meritu
dilectionis sue confirmauit priuilegiu in cruce
pendens vni vestrum ita dicens. Mulier ecce fi-
lius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater
tua In huius ergo tam sacratissimi amoris dul
cedine qua tunc ore dominico velut mater et fi-
lius ad inuicem coniuncti estis: Vobis duobus
ego miserrimus peccator commendo hodie corp9
meum et animam meam vt in omnibus horis
atqz momentis interius et exterius firmi custo
des et pii apud deum intercessores michi existe-
re dignemini. Credo enim firmiter et indubitā
ter fateor quia velle vestrum velle dei est: et nol
le vestrum nolle dei est. Vnde quicquid ab illo
petitis sine mora obtinetis. Per hanc ergo tam
potentissimam vestre dignitatis virtutem po-
scite queso michi corporis et anime salutē. Agite
queso agite vestris sacris orationib9: Vt cor me-
um inuisere et inhabitare dignetur spiritus al-
mus gratiarum largitor optimus. Qui me a cū
ctis viciorum sordibus expurget: virtutibus sa
cris illustret et exornet: in dilectione dei et proxi
mi mei perfecte stare et pseuerare me faciat. Et
post huius vite cursum ad gaudia me ducat ele
ctorum suorum benignissimus paraclitus. Qui
cum patre et filio coeternus et consubstantialis
cum eis et in eis viuit et regnat omnipotens de
us in secula seculorum. Amen





Jesus aut̄ icli nás se deorsū.



De q̄nqz panib9 et duob9 pi.



Ancta maria dei genitrix semperqz virgo bñdicta que a virgine et a dilecto iesu christi filii tui discipulo suscepta es in matrem. Sãcteqz iohannes apostole et euangelista sacer virgo qui ab eodem magistro tuo christo matri virgini comissus es in filium: precor vos per piissimum redemptorem nostruz cui virgines sancte in hac vita placere meruistis: vt spiritum fornicationis a me procul elongetis: et ardorem libidinis in me prorsus orando extinguatis meqz in vestra clientela suscipientes: pudice et sancte viuere doceatis: quatinus in his castitatis florib⁹ venustatus ad pristinum virginitat̃ redeã meritum: et ab omni immunda sorde purgatus in conspectu domini nostri iesu christi mereat appa rere cum iusticia et satiari cum apparuerit ei⁹ gloria. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula secuլorũ. Amẽ.





Et cũ iti xiiiz pa nẽ vedit iudesy.

Oratio deuota ad gloriosam virginem mariam.

Obsecro te domia sancta maria mater dei pietate plenissima: summi regis filia mater gloriosissima: mater orphanorum consolatio desolatorum: via errantium: salus et spes in te sperantium. Virgo ante partuz: virgo in partu et virgo post partum. Fons misericordie: fons salutis et gratie: fons pietatis et leticie: fons cõsolationis et indulgentie. per illam sanctam inestimabilem leticiaz qua exultauit spirit⁹ tuus

cõstituerũt ei xxx. argẽteos





Ut ergo dixit eis ego sũ. ꝛc.



quẽcũqz osculatꝰ fuero ipse ẽ



in illa hora quando tibi per gabrielez archãgelũ annunciatus et conceptus fuit filiꝰ dei. Et per illud diuinum misterium quod tunc operatus est spiritussanctus in te. Et per illam sanctam inestimabilem pietatem: gratiam misericordiã amorem et humilitatem per quas filius dei descendit accipere humanam carnem in venerabilissimo vtero tuo. et in quibus te respexit quando te commendauit sancto iohanni apostolo et euangeliste. Et quando te exaltauit super choros angelorum. Et per illam sanctam inestimabilem humilitatem in qua tu respondisti archãgelo gabrieli. Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Et per illa sanctissima quindecim gaudia que habuisti de filio tuo dño nostro iesu christo. Et per illam sanctam et maximam compassionem et acerbissimum cordis dolorem quem habuisti quando dominũ nostrũ iesum christum ante crucem nudatum et in ipsa leuatum vidisti pendentem crucifixum vulneratum sitientem fel apponi clamantem audisti et morientem vidisti. Et per quinqz vulnera filii tui et per contractionem viscerum tuorum ꝓ nimio dolore vulnerum suorum. Et per dolorez quem habuisti quando vidisti eum vulnerari. Et per fontes sanguinis sui. Et per omnez passionem eius. et per omnem dolorem cordis tui. Et per fontes lachrimarum tuarum: vt cum omnibus sanctis et electis dei venias et festines i auxiliũ et consiliũ meũ in oĩbus orõnibꝰ et reqͣstis



meis: ⁊ in oibꝰ angustiis ⁊ necessitatibꝰ meis: et in oibꝰ rebꝰ illis in q̄bus ego sum facturus locuturꝰ aut cogitaturꝰ oibus diebus ac noctibꝰ horis atqꝫ momentis vite mee. Et michi famulo tuo impetres a dilecto filio tuo virtutum omnium complementum, cum omni misericordia et consolatione, omni consilio, omni auxilio, et omni adiutorio: omni benedictione et sanctificatione: omni saluatione pace et prosperitate: omni gaudio et alacritate. Etiam abundantiam omnium bonorum spiritualium et corporalium: et gratiam spiritussancti qui me bene per omnia disponat: animam meam custodiat: corpus meum regat: sensus erigat: cursum dirigat: mores componat: actus probet: vota et desideria mea perficiat: cogitationes sanctas instituat: preterita mala indulgeat: presentia emendet: et futura moderetur. Vitam honestam et honorabilem michi tribuat: et victoriam contra omnes aduersitates huius mundi: beatam pacem, spiritualem, et corporalem michi tribuat: bonam spem, charitatem, fidem, castitatem, humilitatem, et patientiam. Et quinqꝫ sensus corporis mei regat et protegat. Septem opera misericordie cōplere me faciat. Duodecim articulos fidei et decem precepta legis firmiter credere et tenere me faciat: a septem peccatis mortalibus me liberet et defendat vsqꝫ in finem vite mee: et in nouissimis diebus meis ostende michi faciem tuam: et annuncies michi diem et horam obitus mei. Et





Adduxerũt eũ ad ãnã primũ



pphetiza nobis xp̄e qs ⁊c



hanc orationem meam supplicem suscipias et ex-
audias et vitam eternam michi tribuas. Audi
et exaudi me dulcissima maria mater dei et mi-
sericordie. Amen.

Oratio valde devota ad beatam dei geni-
tricem Mariam.

Sancta maria regina celi et
terre mater domini nostri ie-
su christi in sanctas et venerabi-
les manus eiusdem filii tui salua-
toris nostri et redemptoris mun-
di sancto corpori et sanguini eius:
et in tuas manus et omnium san-
ctorum angelorum/ Archangelo-
rum/ Patriarcharum/ Prophetarum/ Apostolo-
rum/ Euangelistarum/ Martyrum/ Doctoruz/
Confessorum/ atqz virginum/ et omnium san-
ctorum tuorum commendo hodie quotidie et om-
ni tempore/ animam meam/ corpus meum/ sen-
sum meum/ visum meum/ labia mea/ man⁹ me-
as/ pedes meos/ oculos meos: et omnia membra
mea: omnes parẽtes meos: fratres: sorores: ami-
cos: inimicos: familiares: propinquos: parrochia-
nos: benefactores meos: et omnez populum chri-
stianum. Custodi nos domine semper et vbiqz et
defende ab ira tua et ab ira sanctissime genitri-
cis tue marie et omnium sanctorum tuorum ab
ira et odio/ et omni mala voluntate. a fulgure:
tonitruo/ et tẽpestate. a subitanea et eterna mor-
te. a fame: peste: et clade ab omni scandalo: dolo-

Quã accusa-
tionẽ affertis.

Apprehẽdit py-
latus iesũ. &c.

te: verecundia: et tristicia. ab omnib⁹ malis: ab omni tribulatione et angustia. a lingua dolosa a laqueis iniquis: a labiis peruersis: ab omnib⁹ inimicis meis visibilibus et inuisibilibus: ⁊ ab insidiis ⁊ potestate eoꝝ. Ab omni periculo anime et corporis: a viciis et peccatis: a cōcupiscentiis: a tentationibus diaboli: a penis inferni libera me domine iesu christe. et adiuua me in oībus necessitatibus meis: dona michi sanitatem in corpore dona michi bene agere ⁊ in hoc seculo bene viuere et bene perseuerare dona michi per intercessionem sancte dei genitricis tue et omnium sanctorum tuorum rectam vitam ⁊ emendationem et spacium penitentiam agendi ī hoc seculo et eternaꝫ beatitudinem in futuro et ī hora exitus mei sacrosanctum corpus et sanguinem tuum ad remissionem omnium peccatorum meorum recipere et illuminare cor meum de spiritu sancto: et fac me de tua gratia viuere semper et per omnia tuis obedire mandatis: et a te nunq̄ permittas separari: sed ad requiem sempiternā peruenire et salua me domine vigilantem custodi me dormientem vt dormiam in pace et vigilē in te deus meus tibi honor et gloria in seculoꝝ secula. Amen.

Alia oratio

Tella celi extirpauit que lactauit dominū mortis pestem quam plantauit prim⁹ parens hominum ipsa stella nunc dignetur sydera compescere: quorum bella plebem cedūt di





Vidēs pylat⁹ qz nichil pfi.



Et baiulās si bi crucez exi.







crucifixerunt eũ et cũ eo. etc



Venit ioseph ab arimathia



te mortis vlcere. O gloriosa stella maris a peste succurre nobis. Audi nos nam filius nichil negans te honorat. Salua nos iesu pro quibus virgo mater te orat. V. Ora pro nobis sancta dei genitrix. R. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus.

Eus misericordie deus pietatis deus indulgentie: qui misertus es super afflictionem populi et dixisti angelo percutienti populum tuum sufficit: nunc contine manum tuam ob amorem illius stelle gloriose: cuius vbera preciosa cõtra venenum delictorum nostrorum quẽ dulciter suxisti: presta auxiliũ gratie tue: vt ab omni peste et improuisa morte secure liberemur et a totius perditionis incursu saluemur. Per te iesu christe saluator mundi rex glorie qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad eleuationem corporis christi.

Ue verum corpus natum de maria virgine: vere passum immolatum in cruce pro homine. Cuius latus perforatum vnda fluxit sanguine: esto nobis pregustatum mortis in examine. O dulcis o pie o iesu fili marie.

Post eleuationem corporis christi.

Ue iesu christe verbum patris filius virginis agnus dei: salus mundi hostia sacra: verbum caro fons pietatis. Aue iesu christe laus angelorum: gloria sanctorum: visio pacis deitas integra verus homo flos et fructus virginis ma

tris. Aue iesu christe splendor patris/princeps
pacis ianua celi panis viuus/virginis partus/
vas deitatis. Aue iesu christe lumen celi/ preciū
mundi/gaudium nostrum/ angelorū panis/cor/
dis iubilus/ rex et sponsus virginitatis. Aue
iesu christe via dulcis/veritas summa/ premiuz
nostrum/caritas vera/ fons amoris/pacis dulce
do/ via perennis. Aue sanctissimum et preciosis
simum corpus christi qui in ara crucis pro mun/
di salute posituz. Corde credo/ore confiteor hosti
am veram/hostiam puram/hostiam sanctaz/ho
stiam immaculatam/atqz deo placentem: panē
sanctum vite eterne/ atqz calicem salutis perpe
tue. Adoro te ī spiritu et veritate iesu pie iesu bo
ne iesu mei miserere. Te igitur deus rogo vt sicut
hic te video presentem in forma panis et vini sic
merear te videre in gloria maiestatis tue securus
et gaudens in secula seculorum. amen. In pre
sentia sacro sancti corporis et sanguinis tui do/
mine iesu christe tibi commendo me miserum fa
mulum tuum. N. vt per virtutem sancte crucis
tue: et per misterium sancte incarnationis/nati
uitatis/baptismi/ieiunii/passionis/mortis/resur
rectionis/ascensionis et per aduentuz sancti spi
ritus paracliti. Et per ineffabile nomen tuum tu
qui es omnipotens deus. Alpha et o. principi/
um et finis sabaoth adonay. Emanuel quod
est nobiscum deus vita veritas et vita: salus vi
ctorie et resurrectio nostra et precipue per inuo/
cationem huius viuifici sacramenti corporis et





Attollite portas principes.



Surrexit nō est hic: venite. &c.



sanguinis tui quod michi inuoco in auxilium: q̄uis multis peccatis inuolutus tamen a te creatus et preciosissimo sanguie tuo redemptus: et in te solo deo viuo et vero credens et sperans. Ab omnibus malis me per illud hodie et omni tempore tuearis defendas ac liberes a damnatu & insidiis captione et vinculis laqueis et telis: iaculis armis et sagittis: et a potestate omniū inimicorum meorum visibilium et inuisibilium: necnon ab oībus maleficiis: ab omni pestifero cibo et potu venenoso: dolore: verecundia: morbo: confusione: detractione: ab omnibus scandalis atq₃ periculis: ab omni lapsu: ruina: lesione: incommodo impedimento anime et corporis: necnon a subitanea improuisa et eterna morte: me liberare digneris. Et hec cuncta mala procul a me misericorditer repellere digneris: p̄ hoc sanctum misteriuʒ passionis tue nostreq₃ redemptionis cui me semper ad saluandum vbiq₃ ꝯmitto fiducialiter sperans me per hoc saluari: ergo misericordissime deus qui non vis mortem peccatoris sed vt conuertatur et viuat: quia omnes ad te clamantes & in te sperantes exaudis me quoq₃ peccatorem exaudi et omnes quos precioso sāguine tuo redemisti ad te reuoca et dono gratie tue illustra: et secundum multitudinem misericordie tue miserere mei sicut vis et scis dans michi corporis et anime veram salutem licet peccaui tamen non te negaui exaudi orationem meā pie iesu & mitte michi gratiam tuam qui me vbi

Noli me tāgere nōdū ēm. &c

Auete: ite nunciate fratrib⁹

qz comittetur et conseruet ab omnibꝰ malis / et ad vitam perducat eternam te miserante. Qui cum patre et spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

DOmine iesu christe qui hāc sacratissimam carnem tuam de gloriose virginis marie vtero assumpsisti: et hunc preciosum sanguinez tuuz de sacratissimo latere tuo pro salute nostra in ara crucis effudisti et in hac gloriosa carne a morte resurrexisti et ad celos ascendisti: et iterū venturus es iudicare viuos et mortuos in eadē carne libera nos per hoc sacrosanctū corpꝰ tuuz quod modo in altari tractatur ab omnibus peccatis et imundiciis mentis et corporis et ab vniuersis malis et periculis nunc et ineternū. amē.

quō appuit iesus ioseph. ⁊c.

¶ De sanctissima trinitate / valde deuota contemplatio.

SAncta trinitas vnꝰ deus: miserere nobis. O beata et gloriosa trinitas miserere nobis. O sacra et summa et sempiterna trinitas miserere nobis. O vere gloriosa et ieffabilis trinitas et vna deitas summa et incomparabilis bonitas eterna et suauissima charitas. Trium personarum indiuisa maiestas. O pater bone. O fili pie. O spiritus paraclite. O lumen indeficiens vnꝰ deus cuiꝰ opꝰ vita: cuius amor gratia cuius contemplatio gloria est omnium sanctorum te domine inuoco: te adoro: te toto cordis affectu nunc ⁊ in seculum benedico. Alpha ⁊ oo

Dū recūberet cū eis accepit





Afferte de piscibus q̃s prẽdidi.



Uenit iesus ⁊ stetit ĩ medio: c. xxi.



Agyos: Emanuel. Sancte deus. Sancte fortis. Sancte et immortalis miserere nobis. Memento mei deus meus in bonum et da propicius veniam ne pereat opus manuum tuarum. Tu es creator meus: tu es spes mea: tu es salutare meum domine: ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Oremus.

Deus qui superbis resistis, et humilibus das gratias: tu michi succurre de hac tribulatione et angustia: quia credo ꝙ nullus est q̃ possit resistere tue voluntati et si decreueris saluare nos cõtinue liberemur. Pater noster. Aue maria gratia.

Alia oratio.

Deus qui liberasti susannam de falso crimine: et danielem de lacu leonum: et tres pueros de camino ignis ardentis: et petro mergenti dexteram porrexisti: tu me liberare digneris de hac et omni tribulatione ⁊ angustia: ac de potestate omnium inimicorum meorum: ⁊ de oibus qui consentiunt eis: quia nescio ubi fugiam nisi ad te deum meum quia non est alius qui me adiuuet nisi tu solus deus: qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. amen.

Domine iesu christe qui me creasti, redemisti, et preordinasti ad hoc quod sum: tu scis quid de me facere vis: fac de me secundum volũtatem tuam cum misericordia. amen.

Alia oratio.

Domine iesu christe qui solus es sapientia tu scis que michi peccatori expediunt: prout tibi placet et sicut in oculis tue maiestatis videtur de me: ita fiat cum misericordia tua. amen. Pater noster. Aue maria.

Oratio de tribus regibus.

Rex Jaspar/rex Melchior/rex Balthasar: rogo vos p singula nomina: rogo vos per sanctam trinitatem: rogo vos per regem regum/quem vagientem in cunis videre meruistis: vt compatiamini tribulationum mearum hodie et intercedite pro me ad dominum: cuius desiderio exules facti estis: et sicut vos per angelicam annunciationem de reddditu ab herode eripuit: ita me hodie liberare dignetur ab omnibus inimicis meis visibilibus et inuisibilibus: a subitanea et improuisa morte: et ab omni mala confusione: mala fama: et omni periculo corporis et anime. Amen. vsus. Reges tharsis et insule munera offerent. Rm. Reges arabum et saba dona adducent. Oremus.

Deus illuminator omnium gentium: da populis tuis perpetua pace gaudere: et illud lumen splendidum infunde cordibus nostris quod trium magorum mentibus inspirasti. Dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia secula seculorum. amen.

Alia oratio.



Repleti sunt omnes spiritusancto. ac. ii



adorabimus i loco vbi steterunt pedes eius. rc.





Rium regum. trium munus. Christ⁹ honor deus vnus: vnus kessentia. Trina dona tres signentur: rex in auro deus thure: mirra mortalitas. Colunt reges propter regem: summi reges seruent regez Coloni colonie. Nos in fide sumus riui: hii sunt fontes primitiui gentium primitie. Tu nos ab hac christi valle duc ad vitam recto calle per horum suffragia. Vbi patris vbi nati tui ⁊ a mortis sacri frui mereamur gloria. v. Vidimus enim stellam eius in oriente R. m. Et venimus cum muneribus adorare dominum. Oremus.

Eus qui tres magos orientales Jaspar Melchior et Balthasar: ad tua cunabula vt te misticis venerarentur muneribus sine impedimento stella duce duxisti: concede propicius: vt per horum trium regum pias intercessiones et merita commemorationum nobis famulis tuis tribuas: vt itinere quo ituri sumus celebritate leticia gratia et pace teipso sole vero ve ra stella vera luminis luce ad loca destinata in pace et salute et negocio bene peracto cum omni prosperitate salui et sani redire valeamus. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Deuota oratio ad dominum iesum christuz.

Dñe iesu christe eterna dulcedo te amantium iubilus excedens omē gaudium et omne desiderium. Salus et amator omniū vere penitentiū peccatoꝝ qui delicias tuas testat⁹ es

Filie hierl'z nūciate dilecto.

ab oriente adducā semen tuum.

tuas testatus es esse cum filiis hominuz propter
hominem homo factus es in fine temporuz. Me-
mento omnis premeditationis et intimi mero-
ris quas in humano corpore sustinuisti instante
saluberrime passionis tue tempore in diuino cor-
de ab eterno preordinato. Memento tristicie et
amaritudinis quas in animo teipso attestante
habuisti quando in ultima cena discipulis tuis
corpus et sanguinem tuum tradidisti: pedes eo-
rum lauasti: ac dulciter eos consolando imminē-
tem passionem tuam predixisti: memento omīs
tremoris angustie et doloris: quos in tuo delica-
to corpore ante passionem crucis tue pertulisti:
quando post trinam orationem et sanguineum
sudorem a tuo discipulo tradebaris/ab electa gē-
te capiebaris/a falsis testibus accusabaris/a tri-
bus iudicibus iniuste iudicabaris in electa ciui-
tate in paschali tempore in florida corporis iuuē-
tute innocenter condemnabaris: Veste propria
exuebaris/veste aliena induebaris/collaphiza-
baris/oculis et facie velabaris/alapis cedeba-
ris/ad columnam ligabaris flagellabaris. Spi-
nis coronabaris/arundine in capite feriebaris/
et innumerabilibus aliis calumniis lacerababa-
ris. Da michi queso ob memoriam harum ante
crucem tuam passionum veram ante mortē me-
am contritionem: puram confessionem: dignaz
satisfactionem: et omnium peccatorum meoruz
remissionem. Amen. Pater noster. Aue maria.

Alia oratio.

O Jesu vera libertas angelorum paradisus deliciarũ. Memẽto terroris horroris quos sustinebas quando omnes amici tui quasi leones ferocissimi te circunsteterunt et collaphizationibus conspuitionibus vngulationibus ceterisqz inauditis penis te molestauerunt. Et per omnia verba contumeliosa: dira verbera durissimaqz tormenta domĩe iesu christe: ꝛ per penas quibus te omnes inimici tui affligerunt deprecor te vt liberes me ab omnibus inimicis meis visibilibus et inuisibilibus et dones me sub vmbra alarum tuarum protectionez salutis eterne inuenire. Amen. Pater noster. Aue maria.

Alia oratio.

O Jesu mundi fabricator quem nulla dimẽsio vero in termino metitur: qui terrã palmo concludis recordare amarissimi doloris tui quem sustinebas cum suauissimas manꝰ tuas ad crucem iudei obtusis clauis primo crudelissime affixerunt et perforando delicatissimos ꝛ sacratissimos pedes tuos cum non esses conueniens voluntati eorum dolorem super dolorem addiderunt vulneribus tuis et ita te crudeliter detraxerunt et extenderunt in longum et latum crucis tue: vt dissoluerentur compagines membrorum tuorum. Deprecor te per huius sacratissimi et amarissimi in cruce doloris memoriam: vt des michi timorem et amorem tuum. Pater noster. Aue maria. ꝛc.

Alia oratio.

O Jesu celestis medice recordare languoris liuoris et doloris quos in alto crucis patibulo leuatus passus es: in omnibus dilacerat⁹ membris tuis quoruz nullum in suo statu recte permanserat: ita vt nullus dolor similis tui doloris inueniretur: quia a planta pedis vsq3 ad verticem capitis non fuit in te sanitas: et tunc quasi omnium dolorum immemor patrem pro inimicis exorasti dicens. Pater ignosce illis: qr nesciunt quid faciunt. Per hanc misericordiam et ob memoriam illius doloris concede vt hec memoria passionis tue amarissime sit omnium peccatorum meorum plena remissio. Amen. Pater noster. Aue maria. ꝛc.

Alia oratio.


O Jesu speculum claritatis diuine: memento terroris et meroris quos habuisti quando nudus et miserabilis in cruce pependisti et omnes amici et noti tui aduersum te steterūt ꝛ nullum consolentem te inueniebas: sed soluz modo dilectam genitricem tuam in amaritudine anime tibi fidelicissime astantem quam dilecto discipulo tuo commendasti dicens. Mulier ecce filius tuus. Rogo te pie iesu per gladium doloris qui tunc eius animam pertransiuit: vt compatiaris michi in omnibus tribulationibus et afflictionibus meis corporalibus et spiritualibus. ꝛ da michi consolationem in omni tribulationis tempore. Amen. Pater noster. Aue maria.

Alia oratio.










Jesu rex amabilis et amice totus deside-
rabilis memẽto illi⁹ meroris quẽ habuisti
quando in speculo serenissime maiestatis tue cõ
spexisti: predestinationem electorum tuorũ me
rita tue passionis saluandorum: et reprobationẽ
malorum in multitudinem damnandorum: et p
abyssum miserationis tue qua nobis perditis et
desperatis peccatoribus tunc condoluisti et pre-
cipue quando latroni in cruce exhibuisti dicens
Hodie mecum eris in paradiso. Rogo te pie iesu
christe Ut facias mecum misericordiam tuam in
hora mortis mee. Amen. Pater noster. Aue ma-
ria gratia. Alia oratio.

Jesu fons inexhauste pietatis qui ex inti
mo dilectionis affectu in cruce dixisti Si
tio: scilicet salutem humani generis: accende q̄s
sumus nostrum desiderium ad omne opus perfe
ctum: et sitim carnalis concupiscentie: et estum
mundane delectationis in nobis penit⁹ refrige-
ra et extingue: amem. Pater noster. Aue maria
Alia oratio.

Jesu dulcedo cordium ingensq; suauitas
mentium per amaritudinem aceti et fellis
quam pro nobis sustinuisti et degustasti in hora
mortis tue: concede nobis corpus et sanguinem
tuum digne percipere ad remediũ et consolatio
nem animarum nostrarum: amen. Pater noster
Aue maria. Alia oratio.

Jesu regalis virtus iubilusq; mentalis.
Memento doloris ⁊ angustie quos passus

es quando pro mortis amaritudine et iudeorum insultatione cum magna voce te a deo patre derelictum clamasti dicens. Deus meus deus meus vt quid dereliquisti me. Per hanc angustiam peto te: vt in angustiis mortis nostre ne derelinquas nos de⁹ noster. Pater noster. Aue maria.

O Jesu alpha et oo vita et virt⁹ in omni medio recordare q a summo capitis vsqz ad plantam pedis te pro nobis i aqua passionis demersisti propter latitudinem et magnitudinem vulnerum tuorum doce me per veram charitatem latum mandatum tuum nimis in peccatis demersum. Pater noster. Aue maria.

O Jesu abyssus profundissime misericordie rogo te propter profunditatem vulnerum tuorum que transierunt carnem tuam medullā ossium ac viscerum tuorum vt me submersum i peccatis emergas et abscondas in foraminibus vulnerum tuorum a facie ire tue domine donec pertranseat furor tuus. Amen. Pater noster. Aue maria. Alia oratio.

O Jesu veritatꝭ speculum vnitatis signum et caritatis vinculum memento innumerabilium vulnerum tuorum quibus a summo capitis vsqz ad imum pedis vulneratus fuisti: et ab impiis iudeis laceratus fuisti et sanctissimo sanguine tuo rubricatus: quam magnitudinem doloris in virginea carne tua pertulisti pro nobis pie iesu quid vltra facere debuisti quod non fecisti: scribe queso pie iesu omnia vulnera tua i

corde meo preciosissimo sanguine tuo: Ut in illis legam dolorem et amorem tuum: Ut in gratiarū actione usqz in finem vite mee iugiter perseuerem. Amen. Pater noster. Aue maria.

O Jesu leo fortissime rex immortalis et inuictissime: memento doloris quem passus es cum omnes vires cordis et corporis tui penitus defecerunt: et inclinato capite Consummatuz est dixisti. Per hanc angustiam et dolorem miserere mei cum anima mea in ultima consummatione exitus spiritus mei anxiata fuerit et conturbata. Amen. Pater noster. Aue maria.


O Jesu unigenite altissimi patris. Splēdor et figura substantie eius. Memento illius obnixe commendationis qua patri spiritum cōmendasti dicens. Pater in manus tuas commēdo spiritum meum. Et lacerato corpore et rupto corde cum valido clamore patefactis visceribus misericordie tue pro nobis redimendis expirasti per hanc preciosam mortem tuaz deprecor te rex sanctorum conforta me ad resistendum dyabolo mundo et carni: Ut mortu⁹ tibi viuam et ī nouissima hora exitus mei suscipe ad te reuertentem spiritum meum exulem et peregrinum. Amen. Pater noster. Aue maria.

O Jesu vitis vera et fecunda memento sup effluentes et abundantes effusiones sanguinis tui quem tu sicut de botro expresso copiose effudisti quando in cruce torcular solus calcasti. Et ex lancea militari percusso latere nobis







sanguinem et aquā propinasti:ita vt pauca vel
minima gutta in te remaneret:et demum quasi
mirre fasciculus in altum suspensus fuisti:et de
licata caro tua euanuit et liquor viscerum tuo-
rum exaruit medulla ossium emercuit. Per hāc
amarissimam passionem tuaz et preciosi sangui
nis tui effusionem o dulcis iesu vulnera cor me
um et penitentie et amoris lachrime sint michi
panes die ac nocte: et cōuerte me totaliter ad te
vt cor meum tibi perpetuo sit habitabile. ⁊ con-
uersatio mea tibi placita sit et accepta semper.
ac finis vite mee ita laudabilis: vt post hui⁹ vi-
te terminum te merear laudare cum omnibus
sanctis tuis ineternum. Amen. Pater noster.
Aue maria. Credo. To them that before thys
ymage of pyte deuoutly say. v. Pater noster. et
v. Aues. et a Credo pytously beholdyng these
armes of cristes passion. argraunted. xxxii.m.
vii. hondred et lv. yers of pardon.

Doro te domine iesu christe in cruce pendē
tem et coronam spineam in capite portan-
tem: deprecor te domine iesu xpe vt crux tua libe
ret me ab angelo percutiente. Amen. Pater nr.

doro te domine iesu christe in cruce vulnera-
tum felle et aceto potatum deprecor te domie ie-
su christe vt vulnera tua sint remedium anime
mee. Pater noster. Aue maria.

doro te domine iesu christe in sepulchro po si-
tum mirra ⁊ aromatibus conditum: deprecor te
domine iesu christe vt mors tua sit vita mea. Pa

ter noster. Aue maria. &c.

doro te domine iesu christe descendentem ad inferos liberantemqz captiuos: deprecor te ne p mittas me illuc introire. Amen. Pater noster. Aue maria.

doro te domine iesu christe resurgentez a mortuis ascendentem ad celos sendentemqz ad dexteraz patris: deprecor te miserere mei. Pater no.

domine iesu christe pastor bone: iustos cōserua peccatores iustifica, omnibus fidelibus miserere: et propicius esto michi miserrimo peccatori Pater noster. Aue maria.

domine iesu christe rogo te proter illam maximam amaritudinem passionis tue quam sustinuisti propter me in cruce: & maxime quando anima tua nobilissima egressa est de corpore tuo sanctissimo: miserere ergo anime mee i egressu suo. Amē. Pater noster. Aue ma. Credo. Et ne nos. Sed libera. ℣. Adoramus te christe et benedicimus tibi. ℟. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Oremus.

Enignissime domie iesu christe respice super me miserum peccatorem oculis misericordie tue quibus respexisti petrum in atrio: et mariam magdalenam in conuiuio et latronem in crucis patibulo: concede michi vt cum beato petro peccata mea digne defleam: et cum maria magdalene perfecte te diligam: et cum latrone i celesti paradiso eternaliter te videaz. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorū. amē

Dominus papa sixtus quartus composuit quartam ⁊ quintam predictorum suffragiorum oratiuncalas Et cum hoc omnes indulgentias her legentibus perante concessas duplicauit.

O Pie crucifixe redemptor omnium populorum qui pro salute generis humani ab impiorum manibus mortis supplicium pertulisti: propter nomen sanctum tuum: et per merita et intercessiones beatissime genitricis tue marie: et omnium sanctorum tuorum propici⁹ esto michi peccatori: et exaudi preces famuli tui secundum multitudinem misericordie tue. amē. Pater no.

DOmine iesu christe qui gloriosuz caput tuum angelis et hominibus veneranduz spinea corona dehonestari voluisti vt sanguis defflueret in redemptionem mundi: propter nomen sanctum tuum: et per merita et intercessiones beatissime genitricis tue marie et omnium sanctorum tuorū indulge michi peccatori quicquid sensus capitis mei deliqui: domine miserere sup me. N. peccatore. amen. Pater noster. Aue ma.

DOmine iesu christe qui gloriosas manus tuas in cruce clauibus perforari voluisti vt sanguis effflueret in redemptionem mūdi propter nomen sanctum tuum et per merita ⁊ intercessiones beatissime genitricis tue marie et oīm sanctorum tuorum indulge michi peccatori quicquid per tactum illicitum et per illicitam operationem deliqui: domine miserere super me. N. peccatore. Amen. Pater noster. Aue maria.



Domine ieſu chriſte qui precioſuz latus tu-
um in cruce lancea militis perforari Volui-
ſti: Vt ſanguis et Vnda fluerent in redemptio-
nem mundi propter nomen ſanctũ tuum et per
merita ⁊ iterceſſiones beatiſſime genitricis tue
marie et omnium ſanctorum tuoꝝ indulge mi-
chi peccatori quicquid per illicitas cogitationes
et per ardorem libidinis deliqui: domine miſere-
re ſuper me. N. peccatore. Amen. Pater noſter.
Aue maria.

Domine ieſu chriſte qui precioſos pedes tu-
os in cruce clauis perforari Voluiſti: Vt ſã-
guis efflueret in redemptionem mundi propter
nomen ſanctum tuum: et per merita et interceſ-
ſiones beatiſſime genitricis tue marie et omni-
um ſanctorum tuorum indulge michi peccatori
quicquid per incenſum pedũ deliqui domine mi-
ſerere ſuper me. N. peccatore. Amen. Pater no-
ſter. Aue maria.

Domine ieſu chriſte qui totum corpus tuũ
in cruce extẽdi Voluiſti: ita Vt omnia oſſa
tua poſſent dinumerari: propter nomen ſanctuz
tuum: et per merita et interceſſiones beatiſſime
genitricis tue marie: et omnium ſanctorum tuo-
rum indulge michi peccatori quicquid per offici-
um omnium membrorum meoꝝ male deliqui
domine miſerere ſuper me. N. peccatore. Amen
Pater no. Aue ma. Credo. V. Adoramꝰ te chri-
ſte ⁊ benedicimus tibi. Quia per ſanctam crucẽ
tuam redemiſti mundum. Oratio.

Eus qui voluisti pro perditione mundi a iudeis reprobari et a iuda osculo tradi et vinculis alligari: et vt agnus innocens ad victimam duci: ante conspectum pilati offerri a falsis testibus accusari: collaphis cedi: et opprobriis vexari et conspui: spinis coronari: in cruce leuari: lancea vulnerari: atqz inter latrones deputari: clauorum quoqz aculeis perforari: felle et aceto potari: tu domine per has sanctissimas penas tuas animam meam ab inferi penis libera: et per sanctam crucem tuam salua me et custodi et illuc perduc me miserum quo perduxisti latronem tecum crucifixum. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Sequitur oratio beati bernardini confessoris ordinis minorum.

O Bone iesu. O dulcis iesu O iesu fili marie virginis plenus misericordia et vitate. O dulcis iesu miserere mei secunduz magnam misericordiam tuam. O benigne iesu te deprecor per illuz sanguinem preciosum quez pro nobis miseris peccatoribus effundere dignatus es in ara crucis vt abiicias omnes iniquitates meas et ne despicias humiliter te petentem et hoc nomen tuum sanctissimum iesus inuocantem. Hoc nomen iesus nomen dulce est. Hoc nomen iesus nomen salutare. Quid eni est



iesus nisi saluator? O bone iesu qui me creasti et
redemisti tuo precioso sanguine ne pmittas me
dānari quē tu ex nichilo creasti. O bone iesu ne
pdat me iniquitas mea quem fecit omnipotens
bonitas tua. O bone iesu recognosce quod est tu
um i me: et absterge quod alienū est a me. O bo
ne iesu miserere mei dum tempus est miserendi
ne pdas me in tempore tui tremēdi iudicii. O bo
ne iesu si merui miser peccator de vera tua iusti
cia penam eternam pro peccatis meis grauissi-
mis ad huc appello confisus de tua iusticia vera
ad tuam misericordiam ineffabilem. Utiqz mi-
sereberis mei vt pius pater et misericors dominus
O bone iesu que eniz vtilitas in sanguine meo
dum descendero in corruptionem eternam. Non
enim mortui laudabunt te: neqz omnes qui de-
scendunt in infernū O misericordissime iesu mi
serere mei. O dulcissime iesu libera me. O piissi
me iesu propicius esto michi peccatori O iesu ad
mitte me miserum peccatorem inter numerum
electorum tuorum. O iesu salus in te sperantiū
O iesu salus in te credentium miserere mei. O
iesu dulcis remissio omnium peccatorum meorū
O iesu fili virginis marie infunde in me grati-
am tuam sapientiam caritatem castitatem et
humilitatem: ac etiam in omnibus aduersitati
bus meis patientiam sanctam: vt possim te per
fecte diligere et in te gloriari ac delectari in secu
la seculorum. Amen.

Alia oratio.

Rex gloriose inter sanctos tuos qui semp
es laudabilis ⁊ tamen ineffabilis tu in no
bis es domine et nomen sanctum tuum inuoca-
tum est super nos ne derelinquas domine deus
noster. Ut in die iudicii nos collocare digneris in
ter electos tuos rex benedicte. ℣. Sit nomen do
mini benedictum. ℟. Ex hoc nunc et usqꝫ in se-
culum. Oremus.
Deus qui gloriosissimum nomen iesu chri-
sti unigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis
summo suauitatis affectu mirabile ⁊ malignis
spiritibus tremendum atqꝫ terribile: concede ꝑ
picius: ut omnes qui hoc nomen iesu deuote ve-
nerantur in terris: sancte consolationis dulcedi
nem in presenti percipiant: et in futuro gaudiū
exultationis et interminabilis iubilationis ob
tineant. Per eundem dominum nostrum iesum
christum filium tuum qui tecum uiuit et regnat
in unitate spiritussancti deus. Per omnia secu-
la seculorum. Amen.
Sanctifica me domine iesu christe signacu-
lo tue sancte crucis: ut fiat michi obstacu-
lum contra seua iacula inimicorum meorum vi-
sibilium et inuisibilium: defende me iesu christe
pastor bone hodie et omni tempore ab omni noci
ua passione ab oi angustia ⁊ tribulatiōe: et ab oi
bus uiciis malis preteritis presentibus et futu-
ris: per signum sancte crucis: et per inestimabi-
le precium iusti ac preciosi sanguinis tui in quo
misericorditer me redemisti. Qui uiuis. ⁊c. aña.

Angele qui meus es custos pietate superna. me tibi commissum salua defende guberna. o tu dulce angele qui mecum moraris: licet personaliter mecum non locaris animã cum corpore prec cor tuearis: iam hoc est officiu3 ad quod assignaris. ℣. O beate angele nũcie dei nostri. ℟. Act9 meos regula ad votum dei altissimi. Oremus.

Deus qui sanctorum angelorum tuorũ aliquos tibi benigne concedis assistere et aliquos iubes hic in terris hominibus misericorditer ministrare: concede propicius: sic angelũ michi commissum ad custodiam me in bonis dirige ad virtutes assidue excitare: et a peccatorum voragine potentissime liberare: quatinus in districto iudicio quando fiet vnum ouile ouium ac etiam angeloru3 sub tanto pastore mereat inter sui gregis pecora numerari. Per dominum nostrum iesum christum.

Sancte angele dei minister celestis imperii cui deus omnipotens mei custodia3 deputauit per maiestatem eius & pietate3 te humiliter deprecor vt custodias animam meam & corpus meum et omnes sensus meos a prauis et illicitis desideriis: a nociuis vanis et immũdis cogitationibus et ab illusionibus malignoru3 spirituum: a pollutione mentis et corporis: et ab insidiis inimicorum meorum visibilium et inuisibilium querentium animam meam: et sis michi protector tuus vbicunq3 icro diebus et noctibus horis atq3 momentis et conserua me in hoc mũ-

do opere/et confirma me in timore et amore iesu christi cum sanctis desideriis: et post hanc miseram et caducam vitam animam meam ad eternam felicitatem vbi cum deo et omibus sanctis gaudeat sine fine: prestante domino nostro iesu christo: cui est honor et gloria in secula seculorum Amen.

Oratio ad sanctum Jacobum apostolū fratrem sancti iohannis euangeliste. an.

Lux et decus hyspanie sanctissime iacobe apostole qui inter apostolos primatum tenes primus eorum martyrio laureatus. O singulare presidium: qui meruisti videre redemptorem nostrum adhuc mortalem in deitate trāsformatum: exaudi preces seruorum tuorum et intercede pro nostra salute omniumqz populorum Alleluya. ℣. Ora pro nobis beate iacobe. ℟. Vt digni efficiamur promis. Oremus

Protector in te sperantiū deus familiā tuam propicius respice: et per beatū apostolum tuum iacobum a cunctis eam aduersitatibus potentie tue brachio defende. Per.


Ala antiphona.

Gaude felix tota hyspania digna deo cātās preconia. Sz tu magis gaude leticia tāti patris dotata copia/z tu fecunda hiria pange tui ducis solennia. ℣. Ora pro nobis beate iacobe. Vt digni efficiamur promissionibus christi. Oremus.

Deus cuius dispositione mirabili corpus beati zebedei apostoli tui de hierosolymis





ad hyspaniam translatum: et i compostella glo-
riose sepultum: concede nobis quesumus: Ut eiꝰ
meritis et precibus post huius vite exilium: in
celesti hierusalem colletemur. Per dominum no
strum iesum christum filium tuum: Qui tecum
viuit et regnat in unitate spiritussancti deus.
Per omnia secula seculorum. Amen.

Antiphona sancti iacobi minoris alphei.

Candor perpetue pure castitatis bone opera
rie doctor veritatis homo lucis glorie flumen ca
ritatis eterna requie nos iunge beatis. ℣. Ora
pro nobis beate iacobe. ℟. Ut digni efficiamur
promissionibus christi. Oremus.

Deus qui iustum apostolum tuum iacobū
perpetue castitatis flore candidatum: ec-
clesie tue primum episcopum et tui operis vica-
rium preesse voluisti: concede quesumus: Ut ita
ipse aperte sit pro nobis perpetuus intercessor: si
cut tui misterii extitit primus executor ⁊ doctor
Per dominum nostrum iesum christum filiū tu-
um: Qui tecum viuit ⁊ regnat in unitate spiri-
tussancti deus. Per.

De sancto sebastiano. an̄.

O q̄ gloriosa refulget gratia sebastianꝰ dei mar
tyr inclytus: qui militis portans insignia sed de
fratrum palma solicitus cōfortauit corda pallē-
tia: verbo celi sibi collato celitus. ℣. Ora pro no
bis beate martyr sebastiane. ℟. Ut digni efficia
mur pestem epydimie illesi pertransire ⁊ promis
sionem christi obtinere. Oremus.

Eus qui beatū sebastianū gloriosum martyrem tuū in tua fide ꝛ dilectione tā ardenter solidasti: ut nullis carnalibus blādimentis nullisq; tyrānorū minis sagittis siue tormētis a tua sancta potuit cultura reuocari. da nobis q̄s eius meritis ꝛ intercessione in oī tribulatiōe auxilium: in ꝑsecutione solatiū: ꝛ in om̄i tp̄e angustie contra pestē epydimie remediū: quatin⁹ possimus contra om̄es diabolicas insidias fortit dimicare: mundū et oīa que in eo sunt despicere: et nulla eius aduersa formidare: supbiāq; ac vanā gloriam cū oībus viciis superare: et ea q̄ a te iussa sunt recta intentione seruare. Per.


De sancto christoforo. an̄a.

Martyr christofore pro saluatoris honore fac nos mente fore dignos deitatis amore promisso christi: qr quod petis obtinuisti: da populo tristi bona q̄ moriēdo petisti. Confer cōsolamē et mentis tolle grauamen. Judicis examen fac mitez sit oibus. Amen. V. Ora pro nobis beate martyr christofore. R. Ut digni efficiamur. Oremus.

Oncede q̄s oῗs et misericors de⁹ vt q̄ beati xp̄ofori martyris tui memoriā agimus ei⁹ piis meritis et intercessiōe a morte perpetua et subitanea peste/fame/timore et tēpestate/clade et pauptate: ꝛ oībus inimicoꝝ nostroꝝ isidiis liberemur. Per te iesu xp̄e saluator mundi rex glorie quem ipse meruit in brachiis portare Qui viuis et regnas de⁹. Per omnia.

De sancto georgio. an̄a.







Georgi martyr incfite decet laus et gloria p̄dotatū militia per quē puella regia existēs i tristicia corā dracone pessimo saluata est ⁊ aio te rogamus corde intimo: Vt cū cūctis fidelib⁹ celi iūgamur ciuib⁹: nostris ablutis sordib⁹: Vt simul cū leticia tecū sim⁹ in gloria: nostraqʒ reddāt labia laudes christo cum gratia. v. Ora pro nobis beate georgi christi miles. ℞. Vt hostes visibiles et inuisibiles sint contra nos valde debiles. oro

Omnipotens sempiterne de⁹: qui depcātiū voces benign⁹ exaudis: maiestatem tuā supplices exoram⁹: Vt sicut in honore beati ac gloriosissimi martyris tui georgii draconem a puella superari voluisti ita eiusdē intercessione hostes nostros visibiles et inuisibiles ne nocere nobis valeant precedere digneris. Per.

De sancto martino. aña.

O martie o pie q̄ piū est gaudere de te: o martine prophetis compar: apostolis consert⁹: presulum gemma: fide et meritis egregie: pietate mia caritate ineffabili succurre nobis nunc et ān deum. v. Ora pro nobis sancte martine. ℞. Vt digni efficiamur. ⁊c. Oremus.

Deus qui conspicis qr ex nulla nostra virtute subsistim⁹: concede propici⁹: Vt intercessione beati martini confessoris tui atqʒ pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per.

De sancto anthonio. ān.

Anthoni pastor inclyte qui cruciatos reficis morbos sanas et destruis: ignis calorem extin-





guis: pie pater ad dominum ora pro nobis miseris. ℣. Ora pro nobis beate pater anthoni. Ut digni efficiamur. &c. Oremus.

Deus qui concedis obtentu beati anthonii confessoris tui morbidū ignem extingui & membris egris refrigeria p̄stari: fac nos q̄s ipsi⁹ meritis et precibus a gehenne incendiis liberatos integros mente & corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per.



De sancto francisco. añ.

Franciscus vir catholicus et totus apostolicus ecclesie teneri fidē romane docuit: presbyterosq3 monuit pre cunctis revereri. ℣. Ora pro nobis beate pater francisce. ℟. Ut digni. Orem⁹.

Deus qui ecclesiam tuā beati francisci meritis fetu noue prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere: et celestium donorum semper participatione gaudere. Per.



De sancta anna. añ.

Celeste beneficium introiuit in annā p̄ quā nobis nata est maria virgo. ℣. Ora pro nobis beata anna. ℟. Ut digni. Oremus.

Deus qui beate anne tantam gratiam donarē dignatus es: ut beatissimā matrē tuam in suo gloriosissimo utero portare meruit: da nobis per intercessionem matris et filie tue p̄piciationis abundantiā: ut quarū cōmemorationem pio amore amplectimur: earū precib⁹ ad celestem gloriā pervenire valeamus. Per.

De sancta Barbara. añ.







aude Barbara beata / sũme pollens ĩ doctria / angeli misterio. Gaude virgo deo grata / que baptistã imitata es in vite stadio. Gaude cum te visitauit / christus vita ⁊ curauit plagas actu ꝓprio. Gaude q̃a meruisti impetrare quod petisti dante dei filio. Gaude namq̃ eleuata es in celo ⁊ delata nobili martyrio. Te laudantem familiam / trahe post te ad gloriam finito exilio. V. Ora pro nobis beata Barbara.
R. Ut digni efficiamur promissionibus christi.

Oremus.



Ntercessio quesum⁹ domine beate Barbare virginis ⁊ martyris tue ab omni aduersitate nos protegat: Ut per ei⁹ interuentũ gloriosissimũ sacrosancti corporis et sanguinis domini nostri iesu christi sacramẽtũ ante diem exitus nostri per veram penitentiam et puram cõfessionem percipere mereamur. Qui viuis. ⁊c.







De vndecim mil. virginibus. an.

O vos vndena milia puelle gloriose: virginitatis lilia martiriiqz rose in vita me defendite prebendo michi iuuamen: in morte vos ostēdite supernum ferendo solamē. v. Orate pro nobis sponse dei electe. Ut ad vestruz consortium valeam⁹ peruenire.



Oremus.

Dulcissime domine iesu christe qui es spōsus virginum: premium martyrum: pissimus exauditor omnium sanctorum tuorum meritis et precibus gloriosissimarum sponsaruz tuarum sanctissime vrsule sociarumqz suarum virginumqz martyrum concedere digneris michi & omnibus eas venerantibus singulorumqz suorum peccatorum veniam in aduersis expedientem protectionem in prosperis congruam directionem et gratiam confirmandi ad tuam volūtatem. In fineqz vite illarum visibilem consolationem: et cum illis transitum securum ad gloriam sempiternam. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritussancti deus. Per omnia.



De sancta apolonia. an.



Virgo christi egregia pro nobis apolonia funde preces ad dominū pro reatu criminum: ne morbo vexamur dentiuz: vel capitis torquētium. v. Specie tua et pulchritudine tua. Intende. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus spes et corona omnibus tibi



fideliter seruientibus qui beatam apoloniã glo
riosam virginem et martyrem excussionem dẽ
tium pro tui nominis fide passam: in celestibus
coronasti: tribue quesumus: omnibus memoriã
eius pie colentibus: perpetua pace gaudere. et a
periculis tam anime q̃ corporis liberare. Per.

Ad omnes sanctos.

Vos omnes sancti et electi dei quibus de⁹
preparauit regnum eternũ a principio vos
precor per caritatez qua dilexit vos deus succur
rite michi peccatori miserrimo ãteq̃ me mors ra
piat: consiliate me anteq̃ infernus me deuoret.
O beata maria mater dei virgo christi: peccato
rum interuentrix/ exaudi me salua me/ custodi
me/ obtine michi pia domina fidem rectam spẽ
certam/ perfectam caritatem/ veram humilita
tem/ castitatem/ sobrietatem/ et post cursum vi
te mee societatẽ perpetue beatitudinis. Tu san
cte michael cum omnibus milibus angelorum
ora pro me vt eripiar de potestate aduersarioruz
meorum. Adiuua me obtine michi amorem dei:
cordis decorem et fidei vigorem et celestis glorie
iocũditatem. Vos quoqz sancti patriarche ⁊ p
phete poscite michi a deo indulgentiam: peniten
tiam: continentiam sanctamqz perseuerantiam
atqz vitam eternam. O beati apostoli dei solui
te me a peccatis: defendite me a penis inferni: et
de potestate tenebrarum confortate me et ad re
gnum eternum me perducite. Precor etiam vos
sãcti martyres dei: vt detur michi a deo caritas





sancta: pax sincera: mens pura: vita casta et pec
catorum remissio. O gloriosi cōfessores dei ora
te pro me vt per vos michi tribuatur a deo cele-
stis concupiscentia: et morum reuerentia et cri-
minum ablutio. Similiter et vos rogo omnes
sancte virgines dei adiuuate me vt habeam bo
nam voluntatem cordis et corporis sanitatem:
humilitatem: castitatem: ⁊ post cursuz vite mee
societatem perpetue beatitudinis. O vos omēs
sancti et sancte dei vos deprecor quoqz et suppli-
co subuenite michi miseremini mei misericordi-
ter et orate pro me instanter: vt per vestram in-
tercessionem tribuatur michi a deo conscientia
pura: compunctio vite eterne cōsummatio lau-
dabilis: quatinus per merita vestra peruenire va
leam ad eterne beatitudinis patriam. Prestan-
te domino nostro iesu christo. Qui cum patre et
spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia
secula seculorum. Amen.



O Glorious iesu. o mekest iesu. o most swe
test iesu I praye the tat I may haue tre
we confession contrition and satisfaction: or I
dye and that. I may see et receyue thy holy bo-
dy god et man. Sauiour of alle mankynde crist
iesu wython te synne and that thou wylt mi
lord god foryeue me alle my sines for ty glorious
woundes and passion et that. I may ende my
lif in the trewe faith of holy chirch et i perfight
loue et charite wyth my euyen cristen as thy
creature et I commende my soule in tho thy ho







ly andes thurgh the glorious helpe of thy bleſ-
ſyd moder of mercy our lady ſaint mary et alle
the holy company of heuen: amen.

The hody bodi of criſt ieſu be my ſaluation of
body et ſoule Amen.

The glorious blod of criſte ieſu bring my ſou
le et bady in tho the euerlaſting bliſſe Amen.

J crie god mercy. J crie god mercy. J crie
god mercy. Wel commy walker/ Wel commy re
demer/ Wel commy ſauyour.

J crye the mercy wyth hert contrit of my-
gret vnkyndeneſſe that.

J haue had tho the.

The moſt ſyuetheſt ſpōſe of ny ſowle criſt
ieſu deſiring helthy euermore for tho be w-
wyth te in mynde et wylle et tho le the non er-
thely thyng be ſoo nyph myn hert as thou criſt
ieſu et that. J drede not for to deie for to goo tho
the criſt ieſu and that. J may euermore ſaye to
the wyth a glade chere my lord my god my ſou
uerain ſauyour chriſte ieſu. J byſeche te hertly
take me ſinner vntho ty gret mercy et grace for.
J loue the wyth al my hert wyt al my minde
et wyth al my mygth et nothing ſomoch in er-
te ne aboue erthe as idoo te my ſwete lord criſt
ieſu and for that. J haue not loued te and wor-
ſhypped te aboue al thing as my lord my god ſa
uyour Criſte ieſu J biſche te wyt meekneſſe
and hert contrit of merci and of foryeueneſſe of
mi gret vnkindneſſe et fo the grete loue that tou







shedde th for me and alle mankinde what tyme thou offredest ti glorious bodi god and man vnto te crosse ther to be crucified and wonded and vnto thi glorious hert a shapspere ther renning out plaatyuoully blood and water for the redēption and saluation of me: and alle mankinde ꝛ thus hauinge remenbraunce stedfastli in myne herte of the my sauyour criste iesu I doubte not but thou wilt be ful nighe me et conforte me bothe bodely et goostly with thi glorious presence. And at the last bringe me vnto thyn euerlastinge blisse: the which shalle neuer haue ende. Amen.

Iste orationes debent dici in agonia mortis per sacerdotem pro infirmo in mutando verba. Et quilibet potest dicere pro semetipso sicut hic stat. Dic primo. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Domie miserere nostri. Pater noster. Aue maria. ā. Saluator mundi salua nos qui per crucem tuam et sanguinem tuum redemisti nos. Auxiliare nos deprecamur deus noster. Oremus.

Domine iesu christe per agoniam et orationem tuam sanctissimam qua orasti pro nobis in monte quando factus est sudor tuus tanꝗ gutte sanguinis decurrentis in terraȝ. Obsecro te vt multitudinē sudoris tui sanguinei quē pre timoris angustia copiosissime effudisti offerre digneris deo patri omnipotenti contra multitudinem peccatorum meorum: ꝛ libera me in ho













ra mortis mee ab omnibus penis et angustiis: quas pro peccatis meis me timeo meruisse. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Secundo dic. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Aue maria. Domine miserere nobis. aña. Sanctifica nos domine signaculo sancte crucis: vt fiat nobis obstaculum contra seua iacula omnium inimicorum defende nos domine per lignum sanctum tuum et per precium iusti sanguinis tui cum quo nos redemisti. Oremus.

Domine iesu christe qui pro nobis mori dignatus es in cruce: obsecro te vt omnes amaritudines omnium passionum tuarum quas pro nobis peccatoribus in cruce sustinuisti: quando sanctissima anima tua egressa est a sanctissimo corpore tuo offerre digneris deo patri omnipotenti pro anima mea: et libera me in hora exitus mei ab omnibus penis et passionibus quas pro peccatis meis me timeo meruisse. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Tertio dic. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Domine miserere nobis. Pater noster. Aue maria. ãn. Protege et salua benedic sanctifica domine populum cunctum et me famulum tuum per crucis signaculum morbos meos auerte corporis et anime: et contra hoc signum nullum sit periculum. Oremus.

Domine iesu christe, qui per os prophete.





tu dixisti: in caritate perpetua dilexi te et ideo attraxi te michi miserans tui. Obsecro te ut eandem caritatem tuam qui de celis ad terram ad tollerentias omnium passionum tuaruz traxit: offerre et ostendere digneris deo patri omnipotenti contra omnes penas et passiones meas quas pro peccatis meis me timeo meruisse. Salua animam meam in hora exit⁹ sui: aperi ei ianuam vite: et fac me gaudere cum sanctis tuis in gloria. Qui viuis et regnas deus: per omnia secula seculorum. Amen.

Domine iesu christe qui redemisti nos precioso sanguie tuo scribe in anima mea vulnera tua cum precioso sanguine tuo ut discam in eis legere tuum dolorem: tuum amorem contra omnes dolores et angustias et penas quas pro peccatis meis me timeo meruisse. Amorem ut viuam tibi amore inuisibili: quo a te et omnibus electis tuis nunq̄ possim imperpetuum separari. Fac me domine participem sanctissime incarnationis passionis resurrectionis ⁊ ascensionis tue. Fac me participem omnium orationum et beneficioruz que sunt in ecclesia tua sancta. Fac me participem omnium benedictionum/gratiaruz meritorum/et gaudiorum omnium electorū tuorum qui tibi placuerunt ab initio mundi: et concede michi: ut cum his omnibus in tuo conspectu gaudeam ineternū. Qui viuis et regnas deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio ad patrem





Pater de celis deus miserere no
bis. Oremus.
Domine sancte pater omnipo
tens eterne deus qui coequa
lem et coeternum tibi ante omnia
secula filiuz inestimabiliter genui
sti: cum quo atqz cum sancto spiri-
tu ex te eodemqz filio procedente:
celum terram atqz omnia quecunqz existunt vi
sibilia et inuisibilia mirabiliter creasti: tibi gra
tias ago: te adoro: te laudo: te benedico: teqz ma-
gnifico. Esto michi propitius miserrimo pecca-
tori: et ne despicias me opus manuum tuarum
sed libera: salua et adiuua me propter nomen sa
ctum tuum. Qui viuis et regnas deus. Per
omnia secula seculorum. Amen.

Oratio ad filium.



Fili redemptor mundi deus mi
serere nobis. Oremus.
Domine iesu christe fili dei vi
ui qui es verus ⁊ omnipotēs
deus splendor et ymago patris et
vita eterna: cui est vna cum eter-
no patre et spiritu sancto equalis
honor eadem gloria coeterna ma
iestas vna substantia. Tibi gratias ago: te ado
ro: te laudo: te benedico: teqz glorifico: ne me ob-
secro perire patiaris: sed salua et adiuua me pro
pter nomen sanctum tuuz. Qui viuis ⁊ regnas
deus. Per omnia.




Oratio ad spiritum sanctum.
Spiritussancte deus: miserere
nobis. Oremus.

Domine spiritussancte deus
qui coequalis consubstantia-
lis et coeternus patri filioqz exi-
stēs ab eis ineffabiliter procedens
quiqz super eundem dominum no
strum iesum christum in columbe specie & supra
sanctos discipulos suos in linguis igneis descē-
disti. Tibi gratias ago te adoro te laudo te be-
nedico teqz glorifico: repelle a me queso tenebras
totius iniquitatis et perfidie, & accende in me lu
men misericordie tue: et ignem sanctissimi amo-
ris tui. Qui viuis et regnas deus. Per omnia
secula seculorum. Amen.

Oratio bona quotidie dicentibus reuelatio
ne diuina transmissa vni monacho de bynhym.
circa annum domini Millesimum quaducente-
simum octuagesimumquintum. Pater noster.
Aue maria. et Credo in deum.

Deus propicius esto michi peccatori et esto
custos mei omnibus diebus vite mee. de-
us abraham deus isaac deus iacob: miserere mei
et mitte in adiutorium meum michaelem archā
gelum tuum qui me custodiat protegat et defen
dat ab omnibus inimicis meis visibilibus et in
uisibilibus: sancte michael archangele defende
me in prelio vt non peream in tremendo iudicio
Archangele christi per gratiam quam meruisti







te deprecor per vnigenitum dominum nostrum
iesum christum vt eruas me hodie et omni tem-
pore a periculo mortifero: sancte michael sancte
gabriel sancte raphael omnes sancti angeli ⁊ ar
changeli dei succurrite michi precor vos omnes
virtutes celorum vt per summam dei potentiaz
detis michi auxiliuz quod nullus inimicus me
cōdemnare possit: nec grauare nec in domo nec
extra domum: nec dormientem: nec vigilantem
ecce crucem domini fugite partes aduerse vicit
leo de tribu iuda radix dauid stirps iesse salua-
tor mundi salua me qui per crucem et sanguinē
tuum redemisti me auxiliare michi deus meus
Agyos: Agyos: Agyos: crux christi protege me
crux christi defende me ab omni malo. Amen.
℣. Ora pro nobis beate michael archangele. ℟.
Vt digni efficiamur ꝓmissionib⁹ xp̄i. Oremus
Deus qui miro ordine angelorum ministe-
ria hominumqꝫ dispensas: concede propici
us: vt quibus tibi ministrantibus i celo semper
assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur
Per dominum nostrum iesum christum filiuz tu
um: qui tecum viuit et regnat in vnitate spirit⁹
sancti deus. Per omnia secula seculorū. Amen.

Oratio ad sanctum gabrielem.

Precor te ⁊ princeps egregie gabriel fortissi
me agonitheta certantium exurge michi
in adiutorium aduersus malignantes esto me-
cum contra aduersarios meos et contra omnes
operantes iniquitatem: detege versutos hostes



et contege violentos vt omnes aduersantes michi tuo opitulatu iuncti fugentur. Fauente domino nostro iesu christo. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio ad sanctum raphaelem.

Auxiliare michi et tu princeps obsecro eximie raphael animarum et corporum optime medicator: qui corporeos tobie oculos presentialiter medicando illuminasti: meos quoqz spirituales et carnales oculos illustra et cunctas mei cordis et corporis tenebras aputare celitus orando ne deferas. Amen. Benedicat me iperialis maiestas: protegat me regalis diuinitas: custodiat me sempiterna deitas: foueat me gloriosa vnitas. Defendat me immēsa trinitas: dirigat me inestimabilis bonitas: regat me potentia patris viuificet me sapientia filii illuminet me virtus spiritussancti. Alpha et oo de⁹ et homo sit ista bñdictio michi sal⁹ ꝛ protectio inetnū

O Blessyd trinyte Fader: sone and holy ghoost: thre persones: and one god I byleue with my herte: and confesse with my mouth al that holy chirche bileueth: and haldeth of the et as moche as a good catholike and cristen mā ought to fele and byleue of the. And I proteste here byfore thy maieste that I wyl lyue et deye in thys faith and continue al my lyf. and I knowlech the my good fader et maker of all the world and me thy poure creature subgette and

seruaunt And make tho the faith et hommaige
of mi body and of my soule whyche I holde of
the nobly as of my souuerain lorde & god with
alle the goodes natural spiritual and temporal
that I haue et that euer I hadde et that euer:
I hadde et that I entende tho haue of the in tis
world here and in that other: et with alle my
hert. I remercye and thanke the: and in te signe
of recognisaunce et kno wleche.

I praye to the thys lytel tribut on the mor-
nyng et on the euenig thys. that Iadoure & w
orship the with hert et mouth in feith in hope
and in charite wyth thys lytel oryson and pra-
per. whyche alle only apparteyneth to thy bles
sid maieste seignourie and diuinite et humbly re-
quire the of thre thinges. The fryst is mercy et
forgeuenes of as many euylles and vyllain sin
nes as. I haue doon et commy sed in thyme pas
sed ayenst thy wyle. The secounde please the
to gyue me grace that. I mai serue the et fulfill
thy commaundementes with oute to renuene
to falle in to dedly synne.

The third is: that at my gret nede wylt so
coure me: and gyue me grace that. I may haue
remembraunce of the blessid passion et contritiō
of my sinnes. and that I maye deye in thin ho
ly faith et finably may com to the glorie eternal
wiht alle the sainctes of heuen. Amen.

Lord god almyghty al seeing al thinges
kno wyng: wyse doin et sapience of al



thing. I poure sinner make thys day in despite of the fende of helle protestation that yf of adue̅ture bi ony temptation deception / or variacion coming by sorowe or peine or selinesse or by oni feblenes of body: or by ony other occasiō what someuer it be that I falle or decline i peril of my soule or preiudice of my helthe or in errour of the holy faith catholike. In the wich I was regenerate i te holy fonte of baptesme. Lord god in good minde in wich. I hold me nowe by by thy grace wher of wyth al my hert. I tanke the / to that errour wyth my power. I resiste et here renounce: et of the same me confesse i pro-testyng that. I wyll lyue and deie in the fayth of holy chirch our moder and thin espouse and i witnesse of this confession / and protestatiō: ād in despite of the fend of helle. I offre to the / the credo in wyche alle verite and trouthe is con-tepned. And to the. I recommaunde my soule my feyth / my lyf / and mi deth. Amen. Credo in deum patrem. &c.







Sequuntur septem Psalmi peniten tiales. Antiphona. Ne remi niscaris. Psalmus.





Homo quidã habuit duos filios: et dixit adolescentior patri. Pr da michi portionem substãtie. lu. xv.



Et non post multos dies cõgregatis oĩbus adolescẽtior filius peregre pfect⁹ est ĩ regionẽ lõginquã et ibi dissipauit substãtiã. etc lu. xv.



Omine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ĩ ira tua corripias me. iserere mei dñe quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. t anima mea turbata est valde: sed tu domine vsqꝫquo. ō uertere domine et eripe animam meam: saluuꝫ me fac propter misericordiam tuam. uoniaꝫ non est in morte qui memor sit tui: in iferno aũt quis confitebitur tibi. aboraui i gemitu meo lauabo per singulas noctes lectuꝫ meum lachrimis meis stratum meum rigabo. urbatus est a furore oculus meus inueteraui inter oĩes inimicos meos. iscedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. xaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit. rubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter loria patri et filio et spiritui sancto. icut erat i principio et nũc et semper et in secula seculorum. Amen. Psalm⁹.

Eati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. eatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. uoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarẽ tota die. uoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. elictum meum cognitum tibi feci: et iniusticiam meam non abscondi. ixi cõ

fitebor aduersum me iniusticiam meam domi-
no et tu remisisti impietatem peccati mei. ro
hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opor-
tuno. eruntamen in diluuio aquarum mul-
tarum: ad eum non approximabunt. u es re
fugium meum a tribulatione que circundedit
me exultatio mea: erue me a circundantib9 me.
